Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26544
Copyright: Admont, Benediktinerstift



18

Sacramentum quando istitutum est sacramentum corporis et sanguinis
suum ipse dns ihc xpc instituit. quando
post cenam uetus pasche. panem et uinum
in corpus et sanguinem suum diuina potentia
transmutans. apostolis sumendum
distribuit. et ut idem post hec in me
moriam sui ageretur precepit.

Utrum mortale et im-
mortale corpus suum tradiderit

Solent quidam
querere. quale corpus suum dns
ihc xpc tradiderit hoc est passibile an
impassibile. mortale an immortale. et
cetera que ad hanc pertinent questionem.
Ego in eusmodi secreta et in alius profundis
sum. diuina secreta magis uenerandi
quam discutienda censeo. Simplicitas
fidei hec sufficere puto si dicimus qd
tale dedit quale uoluit. et rursum
quale dedit ipse ~~[illegible]~~ nouit. Deus enim
tale dedit quale uoluit. quia om
nipotens erat. et potuit omne qd uoluit.
Deus autem ipse nouit quale dedit. quia
sapientia erat. et non potuit ignorare
quod fuit. Propterea lectorem se
questione absoluit. et fortasis circa
in semetipso subsistit. qui non dic

+ discipulis suis